

- 112 *Dammum est mercatoris quando ob non solutionem datij, vel non susceptam bollectam, vectoralis merces in ingressu ciuitatis amittit.*  
 113 *In hoc quid faciendum putat Author ponitur.*

## CAPVT NONVM.

## De Damno.

- 1 **R**EGVLA traditur in hoc nono capite, quod damnum communicari inter socios debeat. *tex. est in l. si non fuerint, 29. in prin. & not. Ang. Aret. in inst. de Societ. in prin. & l. planè si ambò, l. cum duobus, §. damna ff. pro soc. Oinot. in tit. de Societ. lib. 3. Inst. in prin. nu. 8. Et facit, l. si id quod, §. item celsus, & l. sed nec es alienum ff. pro socio. Immo tunc illa est Societas quando damna & lucra communicantur, Bart. in l. vnus in prin. ff. pro soc.*

- 2 *Amplia primo hanc regulam procedere etiam si inter socios nihil de damno conuentum fuerit; nam tunc conuentio de lucro, facta etiam intelligitur de damno, itaut hoc sit communicandum. Oinot. d. tit. in princ. num. 12. & faciunt ad hoc tradita per Io. de Amic. cons. 62. num. 4. Et per Pet. Fer. in forma libell. in cau. Soc. c. 2. circ. medium, vbi dicit etiã, quando de lucro, & damno nihil est conuentum, tunc pro partibus æqualibus sustineri: & docet, quod faciendum, quando socij fortasse nescirent se conuenire super partibus damni & lucri. Et per Ang. Aret. Inst. de Societ. §. de illa num. 4. Et faciunt, quæ scripsit id. Ang. Inst. eod. tit. §. illud. & Clarius hoc repetit Oinotam. dicto tit. in prin. num. 12. & in §. illud,*  
 4 *vbi dicit naturam contractus Societatis esse, vt conuentio facta super lucro intelligatur repetita super damno, quia illa duo ad paria dijudicantur, itaut statutum in vno intelligatur etiam determinatum in alio;*  
 5 *Contrariorum enim eadem est ratio, & disciplina, Glos. in d. §. illud, Inst. de Societ. Spec. §. 1. in fi. de empt. & vend. l. 1. ff. de his, qui sunt su. vel al. iur. in prin. & Io. Bertach. in reper. prima parte litera C, verb. contrariorum est eadem fol. mibi 499. col. 1. num. 10. vbi hoc affirmat, deinde limitat in his, quæ sunt stricti iuris, & etiam quando contraria essent eiusdem rationis, & demum testatur hanc materiam ample fuisse examinatum per Alexand. Soc. Ias. & alios, in rubr. de acq. possess. post Bar. & Alex. in l. inter stipulantiem, §. Sacram. ff. de verb. oblig. His adde tu rationem, quia*  
 6 *pro regula dici solet, quod vbi est commodum alicuius rei, ibi & periculum esse debet, l. vnica, §. pro secundo, C. de cad. tol. & l. fin. §. alia dubitatio, C. de furt. & l. secundum naturam, ff. de reg. iur. cap. qui sentit, de reg. iur. in 6. & vtrobiq. Scribentes. Vnde dicimus: Comoda, qui sentit iun-*

gas

gas onus emolumentis; vt post Paul. de Cast. in l. ad instructionem C. de sacrosanct. Eccl. inquit Socin. Iun. in rub. tit. de acq. possess. num. 41. Quare si in nostro casu socij de lucro participant, quomodo æqualiter etiam damnum sentire non debent?

- 7 *Amplia secundo regulam procedere etiam si inter socios fuerit conuentum, vt vnus caperet totum lucrum, alter totum damnum sentiret. Nam ex eo, quod non valet hoc pactum, Oinot. §. de illa in tit. de Societ. num. 3. eo pacto non obstant, damnum videtur esse comunicandum: Inter socios enim damna & lucra debent esse communia, alias Societas leonina diceretur l. si non fuerint, §. si. ff. pro socio, & eleganter tradit. Gars. Mastrill. decis. 75. num. 7. per tex. in l. si patruus, C. comm. vtr. iud. post Co-uar. lib. 3. var. resol. cap. 19. num. 3. & alios ab eodem Gars. ibid. citatos. Vide circa hanc ampliationem, Pet. Fer. in for. lib. in cau. Soc. cap. 2. num. 2. Lud. Roman. cons. 310. & 475. num. 5. Gom. tom. 2. cap. 4. num. 5. & Ang. Aret. Inst. de Societ. d. §. de illa, num. 6. Vbi etiam vnum pulchrum dictum addit, & cordi tenendum videlicet, quod si cautum est in Societate de certa quantitate, vt puta volo decem annuatim non habendo respectum ad lucrum; Tunc contraus est vsurarius, licet dans pecuniam in suscipiat periculum: & pro hoc clara & optima iura adducit id. Ang. Aret.*

- 8 *Amplia tertio regulam procedere etiam in damno obuienti vni ex socijs, finito tempore ad Societatem præfixo, & reddita ratione, ac soluta parte lucri, si antequam pecuniam ( vulgo capitale ) restitueret confocio, iuit denuo ad reemendas merces confocio non contradicente. Nam hoc casu videtur, quod damnum debeat esse commune, ad tradita per Munnoz. De ratiocin. cap. 6. num. 62. Per taciturnitatem enim confocij renouata censetur Societas. Munnoz. loco cit. vbi testatur, Alex. cons. 132. num. 2. dixisse, quod tacite renouata intelligitur Societas, si post finitam Societatem, socius capitale non deduxerit. In hanc sententiam videtur inclinasse Pet. de Perus. in tract. de duob. fratrib. par. 3. vers. 5. quæro, vbi hanc quætionem disputat ad partes, rationes quamplurimas pro hac parte adducit, & in fine dicit passum esse dubium. Vide omnino illum, quia pulchra quidem dicit, & notanda, & casus distinguendo concludit.*

9 *Contra hanc ampliationem vide inferius hoc eod. c. limitationem quartam num. 53.*

- 10 *Amplia quarto regulam procedere etiam in Societate animalium, quæ vulgò soccitam appellant; In hac enim, & damna & impensas communes esse testatur Azor. inst. moral. lib. 9. par. 3. de Societ. cap. 8. vers. 10. queritur.*

- 11 *Amplia quinto procedere regulam non solum in damnis, quæ patiuntur Societas, sed in illis etiam quorum confocio obueniunt ex causa Societatis, si Societas fuerit causa proxima, & immediata illius damni,*

F 2

vtputa

reputa si Socius occasione mercium emendarum pro Societate incidisset in latronibus, & illis resistere vellens euassisset vulneratus, vel ab illis derobatus. Tunc enim expensæ in curando illum, & damnum debet esse commune, faciunt, quæ in materia infirmitatis dixi superius, cap. de expens. 8. ampl. 13. num. 33. & dicam inf. hoc eod. cap. num. 108. & seqq. & est tex. in l. socium, qui in eo, §. socius, iunct. l. secundum Iulianum, ff. pro soc. secundum Iac. Butr. ibi. in gl. in fi.

Amplia sexto procedere etiam regulam in casu, quo merces naufragio perierint. Damnum enim tunc commune erit, l. cum duobus, §. quidam sagariam, ff. pro socio; Et ratio potest esse, quia casu fortuito pereit, ad quem socium non teneri tradidi supradictus cap. 4. num. 2. & 3. & satis plenè declaravi eod. cap. 4. num. 32. 33. 34. 35. & 36.

14 Restringe tamen supradictas quintam, & sextam Ampliationes quæ do socius partitioris negotiationis res non necessarias, sed tantum delectationis causa, vel honoris ipsius portauerit; Nam hoc casu si derobatus fuerit, vel causa naufragij merces perdiderit, damnum, proprium erit illius non commune, tex. apertus est, in l. cum duobus, §. quidam sagariam, ff. pro socio, & facium optimè tradita per Specul. de iud. p. 2. nu. 10. lib. 4. vbi sumptus in honorem vnus socij factus non voluit esse communes. Et dixi ego superius cap. 8. de expens. num. 15. & 16. vbi in socijs rei particularis tantummodo hoc restrinxi.

15 Amplia septimo regulam procedere etiam in Societate animalium; si enim animali vititur socius ad vsum deputatum, & sine culpa ipsius perit, damnum non erit proprium vtentis, sed commune, facit l. communis seruus, la secunda, ff. com. diuid. & l. pen. ff. de acq. empt. Nam cum vsum ad vsum deputatum, culpæ socij adscribi non possit, nec de illa teneri erit iure dicendum. Tradidi superius in cap. 4. vbi ad quid teneatur socius latè discussi, & facit Amp. seq.

16 Amplia octauo regulam, (& hæc Ampliatio venit illatiuè ex ratione præcederitis septimæ ampliacionis) quando latronis vi abstulissent Pastori animalia, quæ illi in foccitam data fuere; Tunc enim si illi ablata fuissent dum in Pascuis tempore consueto illa detinebat damnum, non erit proprium Pastoris, sed commune erit cum Domino. Ratio est, 17 quia dum sit, quod consuetum est fieri in culpa nemo dicitur esse. Oinot. inst. de iust. & iur. num. 2. §. his igitur, & ibi in addit. litera B, per l. si pignore, ff. de pig. act. & tradunt Bart. Bald. & gl. in d. l. si pignora, & tex. est optimus in l. pignus, C. de pig. act. vbi Bart. Castr. Bald. & Salicet.

18 Amplia nono procedere regulam in quibuscumq; casibus in quibus socius damnum patitur inopinato euentu, & casu fortuito, videlicet, si pro Societate laborans naufragium patiatur, corripiatur morbo, diripiatur à latronibus, amittat ense, vel vestes, & similia; in his enim damnum commune erit, cum sine culpa alterius ex socijs incidit.

Azor.

Azor. in fl. mor. par. 3. lib. 9. cap. 5. tit. de Societ. vers. quarto quæro. Et ratio est, quia in nullo iudicio bonæ fidei casus fortuiti præstantur. l. qua fortuitis, C. de pig. act. & l. si ea res, ff. de act. empt. & præsertim non veniunt in contractu Societatis, §. si in fl. de Societ. & dixi inf. hoc eod. cap. in limitatione num. 65. Et quod hæc Ampliatio procedat etiam in Societate, in qua vnus ponit pecuniam alter verò operas, si hoc expressè pactum fuerit, tenet Bald. in cons. incip. in Christi nomine, Amen. Multiloquium semper, per l. cum duobus, §. damna, ff. pro soc.

20 Restringe tamen primo hanc nonam Ampliationem procedere in vecturali, eo enim redeunte cum merce, & ab hostibus expoliato, totum damnum erit mercatoris, quia casu fortuito non casu fortuito merces fuerunt amissæ, l. si vt certò, §. nunc videndum, ff. commod. cum simil. & ita consuluit Bal. cons. incip. in nomine Domini, Amen. Pridie consului breuioribus verbis super puncto.

21 Restringe secundo supradictam nonam Ampliationem, & præcipuè ultimam partem illius, quando pactum non fuit appositum, quod periculum nummorum scilicet capitalis esset commune, tam ponenti pecuniam, quam ponenti operas; Tunc enim periculum non esse commune, sed proprium ponentis pecuniam, ponentem verò operas sentire tantummodo damnum operarum amissarum, videtur tenere, Gl. in l. 1. C. pro socio, & dixi ego inf. limit. 2. num. 51. hoc eod. cap.

22 Contrarium tenent Iac. de Aret. in d. l. 1. & Rosfr. in tit. de act. pro soc. & Pet. & Cyn. qui casus distinguunt, & glosam supradictam declarant. In hanc partem videtur etiam inclinasse Pet. de Perus. par. 8. quæst. 41. tit. de duob. fratrib. vbi supradictam glosam interpretando voluit locum habere, quando dominium pecuniæ translatum non fuit in socio ponente operas, qui solum, v. g. socius sit lucri, vt in insititore, tunc enim damnum pecuniæ totum esse domini affirmat per eandem glosam; secus verò si dominium pecuniæ translatum fuerit in ponente operas; Hoc idem repetit id. Pet. in par. 5. quæst. 27. circa med. vbi dicit opinionem Iac. de Aret. esse ipsam veritatem.

23 Amplia decimam regulam, quando alter ex socijs domum conductam habitauerit, & deinde combusta fuerit, & nescitur cuius culpa; Nam hoc casu damnum erit commune, licet alter socius illam non habitauerit. Ratio est, quia præsupponitur cuilibet fuisse locatam domum in solidè; Ergo quilibet tenetur vti illa, illamq; tamquam conductores custodire, & relaxare. l. adem. C. locat. & l. si vt certò. ver. sed verius. ff. commod. Immo si vterq; conductor est; Ergo vterq; tenetur de incendio. ad trad. per Alex. cons. 50. col. pen. vers. 2. respondeo, lib. 1.

24 Nec dicatur quod combustio casu fortuito ascribatur. secundum tex. in d. l. si vt certò, §. si verò, ff. com. & in l. duob. §. damnum, ff. pro soc. l. as. cons. 116. num. 2. lib. 1. & ideo quod habitantes etiam excusari debeant,

F 3

cum

cum damna fatò euenientia præstare quis non teneatur. *l. cum duobus, §. damna, ff. pro socio. & l. qua fortuitis, C. de pig. act. Vide Gozad. conf. 63. num. 1. & Menoch. De arbit. lib. 2. cas. 390. num. 2. post medium.* Nam respondetur quod immo præsumitur incendium factum culpa habitantium, nisi clare contrarium probetur. *Alberic. in l. si vendita. per illum tex. ff. De peric. & commod. rei vend. vers. & tunc regulariter. l. 3. ff. De of. prof. iug. & Salicet. num. 1. vers. 2. ut si quis est inhabitator, & vers. sed dic melius, & num. 7. vers. aut aliqui sunt habitantes. Alex. conf. 50. num. 1. lib. 1. & conf. 74. num. 2. lib. 6. vbi de communi. Alex. de Neu. conf. 88. num. 1. & post num. 3. vbi ponit rationes. Conrad. rubr. De incend. num. 13. in prim. & per tot. & in vers. soluit tamen. vbi testatur de communi, & reprobat Ang. de Malef. contrarium tenentem in verb. Incendiarij. num. 12. vers. aduertendum tamen est. & Farinac. De var. & diu. crim. quest. 110. num. 37. cum seqq. vbi declarat quando incendium ortum præsumatur casu fortuito.*

Sed dices si culpa habitantium præsumitur ortum incendium, ergo non debet præsumi in socio, qui non habitauit; & res est clara secundum *Salicet. in d. l. si vendita. post num. 7. ff. de peric. & comod. rei vend. & Marian. Socin. in cap. si quis domum. num. 37. de iniur. & dam. dat.* Ergo damnum videtur non debere esse commune sed solius habitantis. Respondedo verum esse si incendium ortum non esset in re communi, tunc enim non habitans domum non teneretur quidem; sed cum loquatur de incendio in domo communi orto, præsumitur etiam in culpa socius non habitans, quia non adhibuit illam diligentiam quam debebat, sibi enim imputet si socium parum diligentem admisit, *l. socius, ff. pro socio, & faciunt notata per Ang. Aret. in inst. de societ. §. socius. vbi per illum textum dicit quod qui eligit socium non diligentem sibi debet imputare, quia mala electio est in culpa; citat concordant. l. cum mandato in si. ff. de min. Et de conductore scribit Oinot. in inst. de act. §. actionum, vers. de act. loc. num. 26. vbi voluit teneri conductorem ex culpa suorum domesticorum de incendio orto, quia tunc dicitur in culpa, dum minus diligentes penes se habet.*

Restringe tamen hanc 10. ampliationem non procedere nisi probatum fuerit, incendium lata vel leui culpa conductoris ortum esse; ita *Bald. in l. in iudicio, C. comod. & pulchre Iason. in l. sed & si quis, §. quasitum, num. 41. ff. si quis cau. quos sequitur etiam Oinot. in inst. de act. §. actionum vers. de act. loc. num. 25. Et ratio est, quia licet prout supra dixi incendium præsumatur ortum culpa inhabitantium, communis tamen est conclusio quod intelligatur de culpa leuissima, nisi probetur lata vel leuis, Gl. est singularis in §. præterea, in st. quib. mod. re cont. oblig. verb. debet. & Menoch. late de arbit. lib. 2. cent. 4. cas. 390. num. 6. vbi refert contrariam Baldi sententiam, & hanc multis auctoritatibus comprobat. Sed de leuissima*

29 uissima culpa conductor non tenetur. *Oinot. loc. cit. num. 24. vbi rationem affert, & num. 33. limitat quando expressè, & specialiter pro custodia mercedem conductor accepit, nam & hoc casu etiam de leuissima teneri voluit id. Oinot. & quod de leuissima conductor non teneatur, ante Oinot. consuluit Alex. conf. 50. num. 9. lib. 1. Cap. conf. 79. num. 4. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 4. cas. 390. nu. 9. per l. si ut certò §. nunc videndum. ff. comm. & l. contractus. vbi Decius, ff. de reg. iur. & Gozad. conf. 63. num. 16. 18. & num. 7. & 19. vbi hoc declarat nisi expressè in conuentione cautum fuisset, quod leuissimam culpam conductor præstaret. & hac responsione respondet Grammatico in add. ad decis. Afflict. decis. 57. in fine vbi de leuissima culpa conductorem teneri sentire videtur. Ergo, in hoc nullam video remanere difficultatem; possunt tamen dissidere inter se DD. An. si ex sola hac culpa sit fundata intentio locatoris, ita ut possit contra conductores obtinere, ideo recurras ad *Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 4. cas. 390. num. 4. vbi sententias contrarias refert, & num. 5. quid ipse sentiat subiungit.**

Amplia vndecimā regulam procedere quando duo fratres socij uenerunt inter se ad diuisionem rerum communium, si enim postea pars quæ vni ex illis fuit adscripta, euicta fuerit, commune erit illud euictionis damnum, *tex. est in l. si familia, & ibi Bald. Fab. & Bart. C. fam. eris. Oinot. in st. de act. §. quadam actiones num. 18. vbi hoc procedere dicit, tunc quando de euictione conuentum fuit, tunc etiam quando conuentum non fuit. Et ratio esse potest quia diuisio, siue à partibus facta, siue à iudice, habet vim permutationis, *Bart. in l. cum pater, §. euictis, in si. ff. de leg. 2. & post eum Bertach. in suo repert. par. 2. littera D, ver. diuisio testatoris, fol. mibi, 88. col. 3. Ergo sicut in permutatione diuisio locum habet, l. si permutationis, & ibi Bal. C. de euict. ita & in diuisione locum habebit, facit l. 1. C. de rer. permut.**

Extende hanc 11. ampliationem etiam si diuisio facta esset in iudicio per iudicem; Nam quod etiam hoc casu veniat euictio præstanda per fratrem, est *tex. in d. l. si familia, & ibi gl. in verb. adiucatarum, secundum DD. & Oinot. am. loco cit. num. 17. vbi dicit tale sum marium poni à Pau. de Cast. in d. l. (nempe) ex diuisione etiam facta iudice mediante, quis de euictione, per actionem de præscriptis verbis tenetur. Et tradit Bertach. in suo repert. part. 2. littera D, verb. diuisio obligat socios fol. mibi. 88. col. 1. vbi quamplurimos citat.*

Restringe tamen hanc 11. ampliationem in casu quo inter fratres conuentum fuerit expressè, ut neuter debeat esse obligatus de euictione; nam tunc non est dubium non venire præstandam. *Oinot. loco cit. nu. 19. per d. l. si familia.*

Restringe secundo eandem ampliationem in casu quo scienter quis eorum alienam rem reciperet, nam tunc ei alter frater de euictione non

tenebitur, *l. si fratres. C. com. vt iud. & l. si fundum. 17. C. de euct. & per hos textus. Oinot. loco cit. vbi in additione littera A. & num. 19. extendit vt hoc casu non solum non agatur nomine euctiōnis contra coheredem, verum etiam nec ad pretium verum, nisi stipulatus sit coheres. Et Bar. in l. si fratres. C. com. vt iud. vbi si socius alienam rem, vel alteri obligatam scienter reciperet, illi de euctiōne confocius non tenetur, nisi promiserit.*

Restringit tertio quando diuisio facta esset per testatorem, nam tunc illa adamussim seruanda est, & hæres non tenetur coheredi de euctiōne. *Oinot. loco cit. nu. 17. vbi pulcherrima iura adducit, & hoc demum restringit nisi ex culpa coheredis res esset eucta, secundum Bar. in l. qui Romæ 122. §. duo fratres. in si. ff. de verb. oblig.*

Amplia 12. regulam procedere etiam in damno, quod vnus ex fratribus forsitan dedit in bonis paternis viuo Patre, illi v. g. aliquid surripiendo, vel ex permissione patris aliquid ex dictis bonis percipiendo. Nam commune esse debet illud damnum, ita ut diuisiōnis tempore imputandum non sit in partem surripientis, *ad l. & puro. §. sed si dolo. ff. fam. ercis. & facit, quia coniunctiōne personarum pater ei remittere hoc videtur. arg. l. procula. ff. de prob. tanto magis cum in testamento de contraria voluntate non appareat, ad tex. in l. omnimodo. C. de inof. test. & l. si. C. de reuoc. donat. Et huic ampliatiōni optimè quadrant tradita*  
*37 per Bertach. in reper. par. 4. littera P, verbo pater permittens, fol. mibi 31. col. 1. vbi post Bal. in auth. ex testamento C. de col. asserit patrem permittentem filium percipere fructus bonorum hereditariorum, ei tacite donare videri, & talem donationem, ita valere, vt post mortem patris tempore diuisiōnis ille tales fructus conferre cogendus non sit cum alijs fratribus, citat. tex. in l. cum oportet. §. sin autem, vbi Ang. Pau. Castr. C. de bon. qu. lib. & multos alios DD. & testatur hanc opinionem esse communiter receptam: faciunt etiam ad hoc ea, quæ dicit Bart. in l. quæ dotis ff. sol. mat. col. 5. & ibi Ias. col. 7. & Bertach. in suo reper. p. 1. littera C, verbo cōiunctus cum coniunctum fol. mibi 45 1. col. 2. vbi coniunctus sciens rem suam à*  
*38 coniuncto alienari, & tacens alienationem cōfirmare præsumitur, quod etiam ante eum dixerunt, Corn. conf. 41. col. 2. vol. 3. & Alex. conf. 1. vol. 5. col. 3.*

Restringit tamen hæc 12. Ampliatiōnem quando frater surripientis, *39 esset emancipatus; Tunc enim, quia statim contra eum actio quæ fita est patri, l. si quis uxori. ff. de fur. pater moriens illam actionem ad hæres transmittit, l. 1. ff. de prin. delict. & consequenter, sicut pater ipsi, ita & fratres possunt ab illo res sublatas recuperare, vel in partem ipsius computare.*

Extende restrictiōnem hanc procedere etiam si pater in testamento dixisset æquales de bere esse partes; Nam imò in hoc æqualitatem seruari

uari apparet quando ei imputantur in partem quorum surripuit.

Restringe secundo eandem 12. ampliatiōnem quando post mortem  
*40 Patris furtum factum esset, tunc enim imputari debet in partem fratris furantis, l. tres fratres. ff. de pac. secundum Guil. in l. incerti. C. fam. ercis. & Bal. in l. filia cuius. circ. si. eod. titulo, fur enim vires res furatas, vel illarum*  
*41 si non extant æstimatiōnem, restituere tenetur, Bar. in l. seire, in si. ff. de verb. obl. & Bal. in l. subtracto. C. de furt. & tenetur furans in Societate, (cuius iuris censetur fraterna) actione furti, & actione pro socio, Spec. de act. seu per. §. 1. an. med.*

Nec obstat, quod in casu proposito furtum non videatur punibili;  
*42 tunc ex eo, quod domesticum est. l. respiciendum. §. furta ff. de pen. tunc etiam, quia furtum à domestico commissum fortuitus casus esse dicitur secund. communem DD. opinionem, & tradit Bal. in l. pignus col. 2. C. de pig. Ias. conf. 42. vol. 1. num. 3. l. cum qui. in pri. ff. de fur. & Aret. in §. sed ista, in §. de act. qui casus in Societate non præstat, vt latè dixi supra cap. 4. num. 2.*

Nam respondeo non esse punibile quidem, quo ad penam furtum  
*43 domesticum; non autem, quo ad restitutiōnem; Ad restitutiōnem enim tenetur quisque ne cum alterius iactura locupletari videatur, ad l. nam hoc natura ff. de con. ind. & Cag. in l. sicuti, ff. de reg. iur. num. 1. vbi citat concord. & maxime cum furtum factum fuerit in re communi, furtum*  
*44 enim verum hoc dicitur, secund. l. si socius, ff. de furt. & Ang. Aret. tract. malef. verb. vestim. colum. 8. Quod autem dictum fuit de casu fortuito, procedere vtique potest, quando furtum fuit factum à tertio, non à fratre, vel socio, quibus res est communis. Nam in illo casu fortuitus dicitur casus, quo ad socios, siue fratres; In hoc verò secus. Nam fur in*  
*45 dolo semper dicitur esse, Bal. in l. 1. C. de conf. & Alex. in l. 1. ff. si quis test. lib. Et de hoc tenentur socij, & fratres; dixi supra d. cap. 4.*

Amplia 13. regulam quando vi tempestatis, vel fluminis damnum  
*46 sentiunt socij in re communi; Nam tunc damnum commune erit, etsi alter sociorum rem illam communem promississet conseruare. Tempestas enim, & vis fluminis non venit in contractu nisi de ea fit mentio specialissima l. 2. §. penult. ff. si quis cau. & l. Cesar. ff. de publ. & inter ca-*  
*47 sus fortuitos, qui natura facto contingunt recensetur, Guliel. Mayn. in l. contractus ff. de reg. iur. Coment. num. 66. vbi per infinita iura hoc probat. Quare cum casus fortuiti in hoc contractu non præstentur, dixi superius sub suo cap. consequens est, vt nec alter sociorum de vi tempestatis, & fluminis teneatur. Nec obstat, quod rem commune promississet socius conseruare. Nam respondeo, quod qui promissit factum homi-*  
*48 nis, non tenetur de facto fluminis, quod vi Diuina accidit. Decius in d. l. contractus. ff. de reg. iur. num. 66. 67. l. damni infecti, ff. de damno, inf. l. fluminum §. seruius, ff. de damno, inf. & Per. de Perus. de duob. frat. par. 8. qu. 28. vbi casum disputat, & hanc ampliatiōnem infinitis rationibus cōprobat.*

49 Limita primo regulam supradictam in casu, quo inter socios fuerit conuentum, quod vnus totum damnum sentiret, & lucri partem haberet. Nam valere hoc pactum tenet *Oinot. in §. de illa num. 2. in §. de Societ. vbi quomodo hoc intelligendum sit declarat, & notanter Ang. Arct. in §. de Societ. §. de illa num. 2.* In Societatibus enim contrahendis cuiusque licet pacisci de parte lucri, & damni inter socios sustinenda. *et. Duen. Reg. 152. in secunda parte, Crau. conf. 173.* vbi declarat etiam quomodo consideretur inequalitas, & *Pet. Fer. in for. lib. in cau. soc. cap. 2. num. 1. & Ang. Arct. in §. de Societ. §. de illa in prin. & num. 1.* vbi hoc tamen notanter limitat, quando pactum fuerit penitus contra naturam Societatis, nam tunc tale pactum non valere, & ideo non seruandū dicit.

50 Limita secundo regulam quando aduersa fortuna capitale diminutum, vel in totum perditum, tunc enim si Societas est in qua vnus posuit pecuniam, alter operas. Ponens operas damnum non debet sentire amissæ pecuniæ, sed illi tantummodo sufficere debet damnum operarum. *Bal. in l. 1. C. de eden. Et ratio est, quia si ponens operas nihil lucri de capitali capit, ita nec aliquod damnum eius sentire debet, iux. l. secundum naturam 10. ff. de reg. iur. de quo latius Bal. & DD. in d. l. 1. C. eod. quos sequitur Oinotam. §. de illa nu. 6. & 7. & dixi ego superius hoc eod. cap. in Restrictione 2. ad ampliationem 9. sub num. 2 1. & 22.*

52 Limita tertio regulam quando finita Societate, in qua vnus posuit pecuniam, & alius operas tantum, nihil reperitur lucri nisi integrum capitale, saluum, & integrum; Nam hoc casu ille, qui pecuniam posuit nil sentire debet de damno operarum socij, nisi aliter inter ipsos conuentum fuerit, *Azor. in §. moral. p. 3. lib. 9. de Societ. cap. 5. in prin. vbi multis rationibus hoc comprobatur, & contrariam Neoterici sententiam egregie reprobatur.*

53 Limita quarto in Societate, in qua similiter vnus posuit pecuniã alter operas tantummodo, quando finito tempore præfixo ad Societatem, & reddita ratione, ac soluta parte lucri, ponens operas, antequam capitale restitueret iuit denuo ad merces reemendas, si enim aliquod damnum quauis de causa in hoc negotio illi obuenit, ad ipsum solum spectare videtur: Hac ratione præsertim, quia finitum fuit tempus, ad quod contracta fuerat Societas. Ergo transacto eo tempore prohibita videtur, *l. ad tempus C. ex quib. cau. inf. irrog.* Ergo sicut lucrum, quod forsitan ex illa negotiatione peruenisset, tamquam extra Societatem, fuisset proprium negotiantis, *d. l. cum duobus, §. cum duo, ff. pro socio.* Ita eodem modo damnum suum esse debet, *d. l. cum duobus, §. quidam sagariam, l. si vnus cum similibus, ff. pro socio.* Hanc formaliter, & pulcherrimas alias rationes ponit *Pet. de Per. de duob. frat. par. 3. qu. 5.* Vbi re ad partes discussa latissime casus distinguit, & concludit, vt ibi per eum.

Contra hanc limitationem vide superius ampliationem tertiam. Ego si el-

54 si essem iudex ad coniecturas recurrerem, & si sciente, & patiente socio, alter socius reemisset merces ampliationi supradictæ adhererem, quia contracta & renouata tacite intelligeretur societas; *Alex. conf. 132. num. 2. quem refert & sequitur Munnoz. de ratiocin. cap. 6. num. 62.* si vero ex coniecturis aliter appareret à supradicta hac limitatione non discederem. Iuxta hanc considerationem ego dum essem Agnoni in Regno Neapolitano cum Illustriss. & Reuerendis. D. Hieronymo de Constantio Trientino Episcopo, Marchione Corleti, & Regio Consiliario, modo propter morum integritatem, ac in diuinis & humanis scientijs eruditionem Archiepiscopo Capuano meritissimo, consului in causa duorum nobilium ciuium, & lucratus fui sex Coronatos.

56 Limita quinto in casu quo tecum conueni, v. g. de vendendo equo meo, vnã cum tribus equis tuis, & illo tibi tradito vt postea ex pretio mihi quartam redderis, ante venditionem penes te perijt; Hoc enim damnum, meum solummodo erit, non commune. Casus iste ad litteram & ista decisio est in *l. si id quod, in societate. in princ. ff. pro socio.* vbi insuper dicit rationem esse quia contracta fuit societas ad vendendum, non ad quadrigam habendum, & *gl. ibid.* aliam rationem affert, quia equus datus fuit, non vt esset communis, sed vt vendito eo pretium commune esset; ex quo fit vt ante venditionem nulla intelligatur contracta societas, & consequenter quod damnum commune esse non debeat: Si enim damnum communicatur, hoc fit quia de natura societatis hoc est, *l. cum duobus, §. damna, & l. si non fuerint, ff. pro socio.* Quare cum in casu proposito, perfecta dici non possit societas ante æquorum venditionem *d. l. si id quod, in sumario,* dubium non erit quod tale damnum, non sit communicandum.

57 Limita sexto regulam in damno contingenti in societate particularis negotiationis, ante collationem pecuniarum, v. g. si perijt pecunia forsitan, in itinere dum illam socius destinabat conferre: Hoc enim casu damnum illius debet esse cuius est pecunia, *d. l. si id quod, §. item Celsus; & ibi DD.* vbi notant quod non sufficit destinatio, vt transeat periculum in alium; secus autem esset si post collationem perierit, nam tunc commune erit damnum. *d. §. item Celsus. ibi: si post collationem.*

58 Hisce duabus postremis limitationibus aduersari videtur text. in *l. questum, §. vlt. ff. de leg. 3. cum simill.* vbi habetur destinationem pro ipso facto haberi, & per illum text. late scribunt *Soc. sen. conf. 35. col. 3. Socin. Iun. conf. 120. nu. 4. 5. lib. 1. & Crau. conf. 205. num. 12.* Nam responderetur esse per quamdam fictionem quod destinatio pro facto habeatur, non per veritatem, quæ veritas sanè maximè in odiosis vt hoc casu stricte spectanda est. Ita declarat dictum text. *Rol. à Val. tra. de lucro dotis. q. 91. num. 13. & 14. & post eum Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. Cent. 3. cas. 290. num. 20.*

Limita

64 Limita septimo, quādo societas fuit remota, & mediata causa damni, vt quando socius occupatus negotijs societatis patrimonium suum negligentius administravit, & consequenter damnum in illo sentit: tunc enim damnum commune non erit. *Azor. inst. moral. lib. 9. par. 3. cap. 5. vers. 4. queritur. littera B.* vbi multos ponit casus, quæ sub hac limitatione comprehenduntur; & præsertim si Titius qui erat tibi inimicus, mutauit testamentum in quo socium tuum heredem scripserat, vel cum id facere deliberasset propositum mutauit, illumq; heredem non scripsit, ex eo quod tecum societatem coiuit; in hoc etiam casu damnum non esse commune affirmat *idem Azor. loco cit.* sicut nec commune erit quādo propter societatis negotia absens fuit tuus socius, & suus consanguineus, vel alius, qui si fuisset præsens illi aliquid donauisset, vel legauisset eo tempore stante illa sua absentia alteri legauerit & donauerit, Nam tunc quia sola absentia fuit proxima causa damni, & immediata, non verò societas, nihil sub hoc prætextu poterit socius absens a consocio potere. *l. socium qui in eo, §. socius cum restituere, ff. pro socio.*

62 Limita octauo regulam procedere si damna ex ipsa societate tamquam ex causa descendunt, non verò quando damnum euenit ob causam quæ societatem non concernat, vt puta quæ veniunt contemplatione personæ licet societas fuerit occasio: Tunc enim eius socij solum est damnum cuius contemplatione damnum euenit. *casus est in l. nec ad alienum, & in l. omne ad alienum, ff. pro soc. Ang. in verb. societas. 1. num. 11. & Azor. inst. moral. loco cit.* vbi ad hoc refert *Armill. & Siluestr.* hoc idem tenentes *ex Bar. & Bal. in l. 1. C. pro soc. Armill. verb. societas, num. 12.* vbi exemplariter dicit formalia verba: Si alter sociorum vadens ad nundinas, vt negotietur pro Societate, & in via ab inimico occidatur, vel vulneretur ratione inimicitie personalis, tunc enim licet hoc non euenisset, nisi illuc accessisset negotiando pro Societate, damnum tamen erit proprium, & non commune: *facit etiam l. cum duobus, §. quidam sagariam, & ibi Bart. ff. pro socio.*

63 Limita nono regulam, quando fraudi, dolo, & culpa socij damnum acciderit, siue lata, siue leuis sit; Damnum enim ipsius esse debet, qui culpam, fraudem, vel dolum commisit. *Azor. inst. moral. lib. 9. par. 3. cap. 5. vers. 4. queritur in fi.* vbi dat exemplum in socio, qui iter faciens causa societatis eam viam dolo, vel culpa ingressus est, quam nouit periculis expositam, cum tamen tutiorem aliam viam, eligere potuisset, ne in latrones incideret; *Et ex tex. apertus, in d. l. cum duobus, §. si in coeunda, & §. dāna, & §. quidam sagariam, & §. in contrarium, ff. pro socio, l. de illo, §. si n. l. non ob eam rem, ff. pro soc. & faciunt ea, quæ præclare scripsit Hip. Mars. 64 in sing. 281. incip. socius, per d. l. cum duobus, & per Bart. ibi.* vbi idem Mars. notandum, & tenendum menti dicit, quod si socius præpositus Societati fuit negligens in exactione, dum debitores erant soluendo, & postea effecti

effecti fuerint non soluendo, eo casu tale damnum non erit commune, sed totum in partem negligentis erit assignandum, *cit. Pau. de Castr. in l. si fideiusor. ff. de fideius. & testatur, ita vidisse iudicari Bononiæ in facto inter duos macellarios socios.*

65 Socius enim tenetur de fraude, dolo, latiori, lata, & leui culpa, licet non teneatur, de leuissima, nec multò minus de casu fortuito, *§. fin. in p. de soc. & dixi supra sub suo cap.* vbi posui casus distinctos, tam quando quis intelligatur esse in lata culpa, quàm in leui. Vide ibi omnino.

66 Extende nonam hanc limitationem in casu, quo socius, qui aliquid facere promisit, promissa non seruauerit, & ob hoc Societas damnum passa fuerit, nam tunc solius non seruantis promissa totum damnum erit, quia ipsius mora, solūmodo accidit. Morosus enim culpabilis est. *l. videamus, vbi gl. §. qui virum ff. locat. & obligatur ad periculum rei, Spec. §. 2. de inter. verb. verum, faciunt etiam ad hanc extensionem, ll. præallegata superius, num. 63.* vbi damnum commune non est, quando culpa vnus socij accidit.

67 Huic extensioni obstare videtur, *l. si ex legati, ff. de verb. oblig.* vbi ad hoc, vt teneatur socius, & in mora constituatur necesse esse videtur illū interpellare. Sed respondeo multas hanc regulam legis ex legati pati restrictiones, quarum Prima est, quādo instrumentorum Societatis iuratum esset, tunc enim necessariam interpellationem non esse testatur. *Crauet. cons. 64. num. 2. & Gobad. cons. 27. nu. 10.* qui affirmat omnes DD. apetto ore, ita tenere. Secunda est, quando promissio esset faciendi, non 69 autem dandi; nam in illa necessariam interpellationem non esse, & sine interpellatione promittentem constitui in mora, tradit *Alex. cons. 157. num. 2. vol. 6. & Crauet. cons. 64. num. 1.* vbi etiam respondet Decio contrarium tenentur *in cons. 2.* Promissio enim faciendi habet diem tacitā 70 infra quam adimpleri possit arbitrio Iudicis, *l. continuus, §. item, qui Insulam, ff. de verb. oblig. & ideo sine alia interpellatione, quis in mora constituitur per lapsum diei, quæ arbitrio Iudicis inesse videtur promissioni factæ, d. §. item, qui insulam, & gl. in l. si mora, ff. sol. matr. quæ iura refert ad hoc Pet. Ancar. loco citat. num. 20.*

68 Optimum igitur erit, cum casus contingerit, & ne consilio interrogatus fuerit aliquis, animaduertere. An iuratum fuerit Societatis instrumentorum, & si ita; responderi, quod necessaria non sit interpellatio: Item, an promissio esset faciendi, vel dandi, etsi esset faciendi respondere, nec item necessariam esse interpellationem, si vero esset promissio dandi, tunc bene esse necessariam interpellationem ad hoc, vt 72 promissor restituatur in mora, & teneatur ad interesse, prout tradit *Castr. & Alex. in l. si ita stipulatus, ff. de verb. oblig. & Dec. in cons. 2. num. 6.*

69 Limita 10. regulam quando Pastori habenti animalia in foccitam, & 73 illa in pascuis tenenti tempore insolito, latro violenter surripuerit; Nā tunc

tunc damnum, proprium est pastoris non commune, *d. l. cum duobus, §. damna, ff. pro soc. & vide de animalibus relictis in pascuo, per gl. in l. si negotia, ff. ges. & ratio est, quia in culpa est, qui non facit id, quod alij faciunt, ad l. pignus, C. de pig. act. & ibi Bart. & l. si pignore, §. si creditor, & ibi Bar. ff. eod. tit. & Bal. in l. patruus, C. com. vtr. ind. per d. l. si negotia, ff. de neg. gest.*

Sublimita tamen hanc decimam limitationem, quando pastor habens animalia in foccitam, faciebat, quod consuetum erat fieri, nam tunc proprium ipsius non erit damnum, cum à dolo, & à culpa excusetur, faciunt tradita per Oinot. *inst. de iust. & iur. §. his igitur, num. 2. vbi in add. litera B, hoc comprobatur auctoritate Bar. Bal. & Salic. & aliorum in d. l. pignus, C. de pig. act. & in d. l. si pignore, vbi tex. & gl. ff. de pig. act. & dixi ego superius hoc eod. cap. per eadem iura num. 16. & num. 17.*

Intellige tamen hanc sublimitationem quando ratione nouæ causæ  
76 debuisset quis adhibere maiorem diligentiam, siue custodiam, quam solebat. Nam hoc casu licet socius faceret, quod consuetum erat fieri, tamen quia ista noua causa, nouam, & maiorem desiderat custodia Bal. in l. nemo in fi. C. de Ep. Aud. culpa eidem imputatur si damnum accidit, ex eo, quod maiorem non abhibuit diligentiam.

Limita 11. regulam, (& hæc limitatio infertur ex præcedenti decim  
77 malimitatione) quando socius non fecit iter consuetum cum mercibus, causa v.g. fraudandi vestigali. Nam tunc periculum proprium illius est, non commune. Dixi superius hoc eod. cap. limita 9. num. 63. secundum Azor. in suis *inst. moral. lib. 9. par. 3. cap. 5. vers. 4. queritur; Et facit, quod dicit Bar. in l. cum proponas, ibi. nec loco nauigijs seruato; secundum Bal. ibi. Culpa enim est socij si derobatur in loco non solito commeari. Bal. in 78 l. i. C. de pos. quem refert, & sequitur Bertach. in 1. par. reper. litera C, verb. culpa est, fol. 532. col. 1.*

Sublimita tamen supradictam limitationem non procedere quando  
79 socius locum itineris non seruauit, ob euitandam solutionem vestigalis illiciti, ut puta, quia plus debito exigebatur. Tunc enim periculum, siue damnum, quod forsan accidit proprium non est, sed commune, secundum Bal. in d. l. cum proponas. Cessat enim ratio dictæ legis. Cum proponas, quæ dicit: præcipiti auaritia: Et excusatur à culpa socius, dum iuris sui conseruandi gratia hoc facit; Cuique namque licitum est, semper ius suum conseruare, .....

Sublimita secundo eandem vndecimam limitationem quædo socius  
80 metu hostium, vel impetu maris locum itineris, vel nauigij non seruatur. Nam tunc, quoniam cessat ratio inciuilis audaciæ, quæ signatur in d. l. cum proponas; periculum, & damnum, quod forsan incurrit socius in info. ito illo itinere, proprium esse non debet ad l. 2. §. si quis ff. si quis cau. & l. Casar. ff. de pub. Imò fugere quocumque ingenio manus eorum, qui bona itinerantium depredantur, consilium potius videtur, quam audacia,

81 cia, & auaritia: Nemo enim tenetur iactare suum, *l. cum de indebito, ff. de probat. & talis fuga, quæ causaria, vel ex causa dicitur; ad Bal. in l. i. C. de 82 del. act. nullam culpæ suspicionem inducit, Bertach. in reper. litera F, verb. fuga est triplex, fol. mibi 419. col. 2. par. 2. Quare nec ex hac ratione damnum proprium illius socij esse videtur.*

Intellige tamen supradictas duas sublimitationes in casu, quo iter  
83 quod ille socius fecit esset periculosum. Nam tunc proprium erit damnum, quoniam in culpa est, qui transit per loca periculosa, ad Azor. in  
84 lib. 9. *inst. mor. par. 3. cap. 5. dicto vers. quarto queritur litem queritur, §. 1. ff. locat. & l. qui petitorio, ff. de rei vend.*

Limita 12. regulam supradictam quando socius in mora fuit soluen  
85 di debitum, & propter illius moram sequestratæ ei fuerunt res Societatis; Tunc enim, quia mora culpa est, *l. videamus vbi glos. §. qui vinum, ff. locat. & Alex. in l. quod te ff. si cer. petat. & l. si is, qui cum gl. ff. de iur. dotium, illius solum socij erit damnum, cuius mora factum fuit sequestrum, Spec. de inter. §. 2. verb. verum; vbi dicit moram obligare morosum ad periculum rei.*

Sublimita tamen hanc 12. limitationem quando socius protestare  
86 tur se non posse habere copiam creditoris, cui soluat, & offerret se paratum soluere. Tunc enim mora non committitur, Pau. de Cast. & Alex. in l. ad diem, ff. de verb. obl. post Bart. in litem illa, ff. de const. pec. & in l. si reus paratus, ff. de procur. vbi etiam Bal. Ang. & Pau. de Cast.

Sublimita secundo eandem 12. limitationem quando certum tem  
87 pus socio non fuerit præfixum ad soluendum, siue expressè, siue tacitè; & Mercator siue socius, interpellatus non fuit ad soluendum; Nam stante illa non præfixione temporis solutionis, necessaria est interpellatio ad hoc, ut constituatur in mora maximè, quia soluere debitum in dando consistit. Dixi superius hoc eod. cap. num. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. vbi latius de hac materia. Et ratio est, quia cessat mora, vbicumque cessat petitio. Do. Pe. Phil. Cor. in *conf. 212. litera D. in 4. par. & Barth. Socin. in conf. 130. incip. eleganter, vers. 3. etiam excusatur in 2. parte, & Ang. & Alex. in l. vinum col. 2. ff. si cer. pet. & l. iura §. vsuras, ff. de leg. 2. vbi traditur moram committi etiam per interpellationem extraiudicialem, etiã vnicam, nisi sit electa via iudicij, nam tunc non committi nisi per contestationem voluerunt ijdem Ang. & Alex. in d. l. vinum.*

Dixi nisi certum ei fuerit præfixum; Nam mercatorem esse in mora,  
88 si obligatus certo tempore, non soluat, voluit Bal. in rubr. C. de const. pec. 3. q.

Sublimita tertio eandem 12. limitationem in casu, quo debitum li  
89 quidum non esset, nam in non liquidis mora non committitur. Bal. in l. acceptum, opp. 6. & 7. C. de vsur. Soc. in *conf. 109. col. 3. vol. 1. Bal. cõs. 461. vol. 2. Ay. Cra. conf. 89. num. 5. vol. 1. And. Ale. conf. 416. in pri. Dec. conf. 2. col. 3. & las. in l. si ita stipulatus, not. 4. ff. de verb. oblig.*

Limita

Limita 13. regulam quando aliquis dedit animalia in foccitam ad tempus, hoc pacto, ut dicta animalia sint inter socios communia, & in fine dicti temporis diuidatur animalia, & fetus, vel fructus eorum prout fieri potest licet, per ea, quae scribit *Azor. Inst. moral. par. 3. lib. 9. c. 8. de Socier. vers. quæres iidem*, ubi licet tale pactum affirmat esse præter, non contra naturam Societatis, tamen foccitam cum tali pacto voluit posse contrahi: Si igitur antequam finitum esset tempus foccitæ perierunt animalia naturaliter. Rusticus non tenebitur ad aliquid, quia eodem modo essent peritura penes Dominum. *Pet. de Perus. tract. de duob. fratr. 8. par. quæst. 19.* Si verò culpa rustici perierunt, rusticus totum damnum sentiet, & tenebitur emendare totam quantitatem, faciunt, quæ dixi in limitatione 9. num. 63. & tradere videtur *Bal. cons. incip. in Christi nomine, Amen.* Proponitur quosdam, & in l. si merces, §. culpa, ubi *Bart. ff. loc. in quibus iurium locis*, periculum in Societate contingens culpa vnus socij, ad eum tantummodo pertinet, non verò est commune. Et *Alex. cons. 99. par. 2. in fi.*

Extende limitationem hanc procedere etiam si animalia tradita fuerunt æstimata, quia in contractibus non ordinatis ad Dominum, æstimatio non facit emptionem, d. l. cum duobus §. damna, & l. 3. ff. locat. & hoc per regulam l. cum manu, §. nemo, ff. de contrab. empt. & animalia licet tradita à me fuerint æstimata, tamen ante diuisionem mea tota sunt, ad l. si pascenda pecora, c. de pact. In hoc tamen *Azor. inst. mor. par. 3. lib. 9. cap. 8. de societ. vers. 11. quæritur*, refert *Siluestr. in verb. societas. 2. q. 6. §. 5. respōdentem ea tunc vendita esse*, quia æstimatio venditionem facit per l. æstimata, ff. sol. matr. cum simil. & proinde Dominum nihil aliud expectare posse, nisi pretium, quo æstimata fuerunt. At idem *Azorius* in hac controuersia sic distinguit: aut dantur animalia æstimata simpliciter: aut æstimata ea conditione, ut si casu fortuito perierint rusticus pretium reddat, vel totidem animalia: si dantur æstimata simpliciter non censentur vendita, sed in societatem data; si vero dantur æstimata secundo modo, tunc venditio esse intelligitur. ita *Azor. loc. cit. ubi rationem ponit, & DD. auctoritates*, ut ibi apud eum omnino videre est; & hæc reconciliatio mihi valde placet.

Sublimita tamen supradictam 13. limitationem, quando casu fortuito, vel incursum latronum, animalia quæ tradita fuerunt æstimata in totum vel in parte perierunt. Nam tunc damnum est commune, *Bal. in l. 1. c. comoda. col. pen. vers. circa secundum punctum, & in l. 1. ff. pro socio. quæst. 8. & tex. est in d. l. cum duobus §. damna. ff. pro socio. & tradidi ego inf. cap. 11. de diuis. ampliat. 2. vers. sublimita 4. ubi multas cumulaui auctoritates, & Azor. inst. mor. par. 3. lib. 9. cap. 8. de societ. vers. quæres iidem; ubi voluit quod quando conuentum fuerit inter socios quod animalia sint communia, conuentum quoq; intelligatur, ut commune sit damnum, & peri-*

& periculum, ac proinde si omnia v.g. centum perierunt casu fortuito, rusticus reficere debet socio quinquaginta, si verò salua manserint v.g. quinquaginta, rusticus vigore illius pacti habebit 25. & alia 25. socius.

Limita 14. regulam quando socius soluit condemnationem propter maleficium. Nam illam de communi deducere non potest etiam si sine socij omnium bonorum *Guliel. Mayn. in l. quod quis. num. 1. ff. de reg. iur. ubi ponit regulam quod socius omnium bonorum non recuperat à societate damnum, propter delictum quod ipse commisit. Et Spec. tit. de iud. §. quod si alter num. 9. part. 4. vers. sequitur, & est glos. in d. l. cum duobus §. Papinianus; & ibi Bart. & Alex. ff. pro soc. ubi pœna ad quam tenentur fratres, vel socij, non debet solui de communibus bonis.*

Sublimita tamen primo hanc 14. limitationem, quando socius non sua culpa, sed iudicis iniuria fuerit condemnatus, hoc enim casu debet solui de communi pœna in qua fuit condemnatus. Ita *Guliel. Mayn. in d. l. quod quis. num. 1. ubi pro hac opinione Baldum refert. & num. 4. declarat quādo culpa vel dolo socij delictum commissum dici non possit. Ideo cum casus euenit ad eum recurre.*

Sublimita secundo eandem 14. limitationem, quando lucrum ex illo maleficio fuisse socio communicatum; Tunc enim pœna debet communiter solui. *Gul. Mayn. in d. l. quod quis. num. 2. & 3. ff. de reg. iur. ubi tradit lucrum ex delicto proueniens si communicatum fuerit cum socijs, debere de societate recipi, si socius acquirens ad illud restituendum fuerit condemnatus. & tex. est etiam in l. quod autem ex furto, §. si. & ibi Alber. latè, ff. pro soc.*

Extende hanc sublimitationem secundam procedere etiam siue socius acquirens damnatus sit à iudice, siue iustus à Sacerdote, ut male quæsitum restituerit, nam etiam tunc de communibus bonis solui debere, tradit *Marfil. in l. quod enim, ff. pro soc. Potest enim sacerdos, vel episcopus socium qui lucratus fuit partem usurarum cogere ad restituendum Bal. in l. 1. quæst. 15. c. pro soc. Hippol. in l. 1. §. diuus. col. 2. ff. de quæst. quos refert Bertach. in suo repert. par. 5. littera S, verb. socius lucratus. 100 fol. mibi 74. col. 4. & illius præceptum sententia appellatur. Hoslien. in cap. si. de sepul.*

Sublimita tertio supradictam 14. limitationem in casu fratris quando ante mortem Patris soluta fuit dicti fratris condemnatio, nam si delinquens non habebat bona profectitia vel aduentitia, & voluntariè pater condemnatione soluerit, non poterit post mortem patris hoc repeti ab alio fratre, nec in partem delinquentis imputari tempore diuisionis. *Bart. in l. Riccus. ff. de pecu. Secus autem si dictis frater bona haberet profectitia, vel non voluntariè, sed necessitate pater solueret; Nam tunc in partem suam à fratre cōputabitur talis solutio. Bertach. in repert. p. 4. littera P, verb. pœna ad quam tenentur fratres fol. mibi. 72. col. 4. secundum*



Bart. in d. l. Stichus, & alios innumeros DD. quos ibi citat; Hanc distinctionem post Bart. loco cit. ponit similiter Bal. in auth. ex testamento, C. de col. co. 10. vbi dicit quod poena soluta per patrem ob filij delictum computatur ei in legitimam, si ex necessitate soluta fuerit, secus si voluntarie, & hanc doctrinam intelligit semper quando filius non haberet bona profecticia, vel aduenticia: nam si haberet, diceretur in omni casu de illis facta solutio condemnationis. Ita Bal. loco cit. & post eum Pau. de Castro cons. 30.

Limita 15. regulam (& hæc limitatio infertur, ex supradicta 14. limitatione) non procedere quando domus communis propter delictum vnus socij esset destruenda, nam hoc casu etiam illud damnum debet esse proprium delinquentis, & domus debent destri sine lesione alterius. Bart. in l. hætenus, §. de eo opere, ff. de aq. plu. arc. vbi hoc procedere dicit, etiam si committens delictum haberet partem inferiorem. Et ratio esse potest quia regulariter delictum vnus alteri nocere non debetur  
103 ad Bal. in l. ea quam, C. de fideius. col. 5. vbi delictum vnus fratris non nocet alteri in portione innocentis, & faciunt tradita per Bart. in l. sed si habet, §. qui manumittitur, ff. de in ius voc. vbi casus singularis quod delictum vnus non nocet alteri, etiam ex præcepto, l. sancimus, C. de pæn. & semper sequi debet suum authorem. Bal. in l. 2. C. de his. quæ pæn. nõ. 5. oppo.  
104 per d. l. sancimus, Car. Paris. cons. 69. nu. 183. vol. 3. & it. est. in l. si heredis fernus, §. si. ff. de leg. 1. Ergo damnum hoc, in nostro casu, erit solius delinquentis, & domus destruenda destruetur sine lesione alterius socij, quod etiam traditur in istis terminis nostris in l. si communi, ff. quem ad. seru. amittit. & l. 2. §. merito, & §. si quis a Principe, ff. ne quid in lo. pub. In contrarium videtur facere d. l. hætenus, §. de eo opere, & l. plautius, & l. linea margaritarum, ff. ad l. Falcid. Sed non obstant quia debent intelligi sine lesione alterius. per d. l. 2. §. merito, & d. §. si quis a Principe. Ideo ne discedas à supradicta limitatione iux. declarat. Bart. in loco præcit.

Limita 16. regulam, quando frater captus esset ab hostibus, & alij fratres pro redemptione eiusdem taleam soluisent. Nam hoc casu de communi deduci non debet talea, sed imputanda est in partem capti, tempore diuisionis. Bal. in l. liber captus, C. de capt. & in auth. si captiui, C. de episc. & cleric.

Sublimita tamen hanc 16. limitationem quando Pater pro redemptione filij supradictam taleam soluisset, nam tunc in partem ipsius imputanda non esset. Bal. in auth. ex testamento, C. de col. in col. pen. vers. 4.  
107 quaritur de talea, & ex his patet responsio ad d. l. liber captus. iuncta l. si quis pro redemptione, C. de donat. quæ contrariæ videntur; Nam causa pietatis quæ in illis iuribus assignatur non potest considerari in fratribus, sed in patre, & ideo in hoc tantummodo procedere dicta iura verius est, non in illis.

Sublimi-

Sublimita secundo quando socius certa negotiationis captus fuit ab hostibus inopinato euentu, dum communem negotiationem exercebat, nam tunc talea de communi soluetur. ad Azor. inst. moral. par. 3. lib. 9. de societ. cap. 5. vers. 4. quæro, & l. cum duobus, §. quidam sagariam, ff. pro socio. Intellige tamen hanc secundam sublimitationem quando culpa ipsius tale damnum non contingit, vt puta, si eam viam culpa ingressus est socius, quam nouit periculis expositam, cum tamen ne in hostes incideret aliam tutiorem viam eligere potuisset, hoc enim casu proprium huius socij esse damnum, scribitur in d. l. cum duobus & voluit Azor. inst. mor. par. 3. lib. 9. de societ. cap. 5. d. vers. 4. quaritur in fi. & ego dixi superius hoc eod. cap. num. 63.

Sublimita tertio eandem 16. limitationem in socijs omnium bonorum si enim aliquis eorum captus fuerit ab hostibus, & aliquid soluerit pro redemptione suæ personæ, damnum imputatur societati. Azor. inst. moral. lib. 9. par. 3. cap. 5. de societ. vers. 4. quæro; & est tex. in l. cum duobus, ff. pro socio, §. damna; & vide in hoc Bal. in cons. 41. p. 1. Intellige tamen hanc sublimitationem quando propter maleficium socius fuerit captus, vt est casus in d. l. cum duobus, §. si. cum l. seq. ff. pro socio. Nam tunc proprium delinquentis erit damnum. Ang. Aret. inst. de societ. §. manet. in fi. & dixi ego superius hoc eodem cap. num. 95.

Limita 17. regulam quando Dominus mercator merces vecturali consignasset vendendas, & bolectas non suscepisset, vel Datium non soluisset: Nam tunc si in ingressu ciuitatis merces hæc de causis perderentur, damnum totum erit mercatoris. Et ratio est, quia ipsius erat soluere datium, vel bolectas recipere, & eas vecturali consignare (prout mos est) vel illi pro eis pecuniam dare, vel saltem imponere vt soluat; Ergo si hæc non facit fraudem voluisse videtur, arg. l. herennius, §. 1. ff. de euict. & l. 2. & 3. ff. de nox. & per consequens sibi soli damnum esse imputandum, ad iura vulgaria.

Ego tamen putarim, in hoc quod supradicta essent articulanda, & legitime probanda per vecturalem, aliàs enim cum nemo illicitum & pænale præsumatur mandasse, l. 3. §. si procurator, ff. de cond. indeb. possit & præsumi quod mercator merces dedisset vt vecturalis licite de loco ad locum eas vendendas exportaret. ar. l. merito. ff. pro socio.

## A R G V M E N T V M.

Sicuti damnum, ita & lucrum inter socios communica-  
tur, & quando hoc sit verum.

## S V M M A R I V M.

1. Quid sit lucrum.
2. In societate lucrum inter socios est communicandum.
3. In societate omnium bonorum omnia lucra vndecumq; & qualitercumq; quæsitâ communicantur.
4. In societate omnium bonorum etiâ stipendia quæ v.g. doctor legens habet de publico, communicantur.
5. Socius omnium bonorum res emptas communicare consocio tenetur.
6. Frater qui sit socius omnium bonorum, si aliquid emit secretò, & nomine proprio, communicare debet emptum.
7. Fallit quando socius omnium bonorum vel frater qui sit socius omnium bonorum protestatus fuerit ante emptionem quod sibi soli intendat acquirere.
8. Communicatur lucrum, etiam si nihil de lucro conuentum fuerit.
9. Pactum non valet quod vnus sentiat totum damnum; alius totum lucrum capiat, & ideo lucrum communicatur eo non obstante pacto.
10. Pactum contra naturam contractus est nullum.
11. Lucrum, & damnum communicatur cum herede socii, propter ignorantiam mortis illius, sicut in mandato.
12. In socia animalium lucra communicantur.
13. Non diceretur societas, si animalia darentur, vt commoda, alimenta, fructus, & impensa non essent communia.
14. Socius particularis nomine communi emens, etiam extra rem societatis, emptum communicat, si alter socius ratam habeat emptionem, secus si ratam non habuerit.
15. Ratihabitio habet vim specialis mandati.
16. Contractus in persona contrahentis firmus remanet, si ille cuius nomine fuit celebratus non ratificauit.
17. Requiritur ratificatio ad hoc vt ille cuius nomine celebratur contractus sibi acquirere possit.
18. Lucrum factum à fratre post mortem patris dum in communione stat præsumitur acquisitum de communi patrimonio, & communicatur cum alio fratre.
19. Iudex ex arbitrio suo iudicare potest, si acquisitum à fratre, acquisitum de bonis paternis censendum sit.

20. Ad quem ex fratribus spectat probare, lucrum aliquod, esse vel non esse quæsitum ex communi patrimonio.
21. Frater lucra non communicat, quando probaretur eum esse artificem, & adducitur ratio.
22. Artificium per continuum exercitium dicitur suscipere incrementum.
23. Lucrum quæsitum, viuo Patre, à filio, Patri acquiritur, quia ex facultatibus Patris quæsiisse præsumitur, & quomodo hoc procedat.
24. Dotium fructus communicantur inter fratres & socios omnium bonorum, secus inter socios particularis.
25. Ampliatur in dote.
26. Finita societate Dos non venit in diuisione, sed detrahatur ante omnia per sustinentem onera matrimonij.
27. Frater etiam socius omnium bonorum dotias, & ornamenta vxoris communiceat fratribus socijs omnium bonorum.
28. Lucrum ex dote socio proueniens, communicatur socijs omnium bonorum.
29. Lucrum dotis quibus casibus frater communicare debeat alijs fratribus, qui non sint socij omnium bonorum.
30. Frater etiam si non sit socius omnium bonorum, communicat partem dotis quam viuo Patre lucratur per mortem vxoris ex vi statuti.
31. Contrarium adducitur, & soluitur.
32. Frater etiam viuento Patre lucratur dotem cum effectu, quando ipse solum onera matrimonij sustinuerit, & consequenter non communicat fratribus.
33. In aduentitijs Pater est vsufructuarius.
34. In aduentitijs Pater dissimulando, videtur vsufructum remittere.
35. Pater permittens filium percipere fructus bonorum aduentitiorum, vsufructum qui ad eum spectabat tacite donare videtur.
36. Frater donatum à patre conferre non tenetur fratribus.
37. Frater qui socius sit rei particularis non communicat lucrum dotis factum patre mortuo, sed sibi est præcipuum.
38. Vbi sunt onera matrimonij, ibi debet esse dos, quæ pro ipsis oneribus de seruit.
39. Adducitur in materia dotium optima distinctio ferar.
40. Frater communicat fratri, etiam si non sint socij, lucrum cum pecunijs patris eo viuento quæsitum.
41. Apponitur, & cum distinctione resoluitur vsq; ad num. 52.
42. Medietas lucri facti cum pecunia Patris, profectitium dicitur peculium, alia verò medietas aduentitium.
43. In societate in qua vnus pecuniam, alter operam ponit, lucri medietas ponenti pecuniam, & medietas ponenti operam tribuitur.
44. Lucrum diuiditur arbitrio boni viri, considerata quantitate pecunie, & inducitur alterius.
45. Filius negociari cum pecunia Patris, quando contrarium non apparet, præsumitur.

- Lucrum quaesitum à filio qui negociatur nomine patris, & cum pecunia Patris, totum profectitium censetur, & totum patri acquiritur.
- Lucrum profectitium patris acquisitum, post mortem patris inter fratres communicatur.
- Filius aliquid acquirens cum propria pecunia, sibi ipse acquirit non patri, licet nomine Patris negociaretur.
- Frater lucra non communicat fratribus quando nomine proprio & eiusdem periculo negociatur, licet cum pecunia patris.
- Aduentitium censetur quicquid labore & industria acquiritur.
- Aduentitia etiam patre superstitie acquisita, nemo cum fratribus diuidere est cogendus.
- 52 Inter patrem & filium diuiditur lucrum, quod filius facit laborando in re patris, puta agrum ligonizando &c.
- 53 Labor, & pecunia diuisionem recipiunt, & labor non debet defraudari, nec esse vacuus à mercede.
- 54 Communicatur lucrum, quod socius acquirat ex parte pecunia cuius ex rationum reditione creditor remansit alter socius.
- 55 Vbi periculum ibi & lucrum esse debet.
- 56 Lucrum quaesitum de certa quantitate pecunia posita ab altero ex socijs ultra sortem conuentam, communicari debet.
- 57 Licitum est pactum quod vnus ponat pecuniam, alter operas & lucrum, & damnum sit aequaliter commune.
- 58 Tacite & re ipsa contrahitur societas.
- 59 Accessorium sequitur naturam sui principalis.
- 60 Lucrum quaesitum de certa quantitate pecunia posita ab altero ex socijs ultra sortem promissam, communicari debet inter socios, siue, illum possidet socius sciente ponenti operas, siue eo ignorante, dummodo ratificet hoc ultimo casu.
- 61 In societa animalium lucrum (saluo capitali pro Domino) aequaliter diuidi debet inter Dominum, & pastorem.
- 62 Fallit quando pastoribus datur salarium, tunc enim hi non habent partem in fructibus.
- 63 Lucrum, quod Colonus partiarus acquirat cum bobus, quos habet communes cum Domino, eos v. g. locando ad arandum pro certa mercede, communiter diuiditur inter Dominum, & partiarium.
- 64 Vbi periculum, & damnum, ibi lucrum esse est de natura societatis.
- 65 Al' vsus de Rincum, quis potest vti re communi etiam inuito socio.
- 66 Communicatur lucrum, quod partiarus acquirat cum bobus communibus, eos v. g. locando, etiam si inter Dominum, & partiarium, conuentum fuisset, vt partiarus integrè dictis bobus vteretur.
- 67 Lucrum à socijs quaesitum, si alter eorum moritur, communicatur heredibus defuncti.

- 68 Defunctus ius, quod iam natus est in vita transmittit ad heredes, sicut transmittit etiam obligationem ad damna.
- 69 Lucra per mortem socij quaesita non communicantur heredibus, nisi cum istis renouata fuerit aliquo modo Societas.
- 70 Pretium rerum Societatis venditarum post mortem socij heredibus communicatur.
- 71 Fructus fundi non communicatur, nec etiam pro parte Dominica quando vnus ex fratribus partem suam seminare non vult, nec colere, sed eos praecipuos habetur frater, qui fecit totum fundum colere, vel seminare.
- 72 Lucra titulo hereditario quaesita non communicantur inter socios vniuersorum quæ ex quaestu, &c. nec inter socios rei partitioris, vel negotij, sicut nec communicantur inter istos quaesita iure legati, & donationis, & num. seq.
- 73 Lucra non sunt communicanda, nisi sint illius generis Societatis, quæ contracta fuit.
- 74 In Societate ad cohabitationem, & communicationem victus, eorumdem sortum modo bonorum lucra communicantur, non aliorum.
- 75 In Societate tacita non communicantur nisi ea lucra, quæ veniunt ex actibus socialibus, nisi aliud dictum sit.
- 76 Socius, qui non sit socius omnium bonorum, si aliquid emit, non communicat cum alijs.
- 77 Frater nihil acquirat fratri absenti, nisi pro eo expressè acceptet actum.
- 78 Quaesitum extra causam Societatis per socium, alteri communicari non debet.
- 79 Fratres, qui socij non sint omnium bonorum non communicant feudum ab altero eorum emptum, etiam cum pecunia fratris.
- 80 Fallit quando frater feudum, vel quid aliud animo contrahenda Societatis emisset, tunc enim emptum communicatur.
- 81 Communicatur emptum à socio vniuersorum, quæ ex quaestu, &c. quando animo vendendi, & lucrificandi, emptum fuit, secus si animo retinendi pro se.
- 82 Communicatur emptum quando communi nomine emitur, & quomodo procedat.
- 83 In dubio, nomine proprio quis emisit praesumitur.
- 84 Traditur exactè quomodo cognoscatur, an nomine communi, vel proprio, quis emerit.
- 85 In his, quæ ab animo dependent coniectura valdè operantur.
- 86 In dubio quis de propria pecunia rem emisit praesumitur.
- 87 Emptum de propria pecunia, quis communicare non tenetur.
- 88 In dubio, emens aliquid nomine communi, de communi pecunia emisit praesumitur.
- 89 Emens de communi pecunia tenetur fratri socio emptum communicare.
- 90 Ponitur sententia, quod quis praesumatur de pecunia propria emisit, licet nomine communi emerit, & hæc dicitur verior, & communior.
- 91 Emens aliquid proprio nomine non tenetur alteri emptum communicare, li-

- 92 *Fallit in re emptā cum pecunia Ecclesie, militatis, vniuersitatis, & minoris; tunc enim res sit illorum quorum est pecunia.*
- 93 *Communicari debet emptum nomine proprio, si positum fuit à socio emptore in estimo communi, tunc enim vtrique acquiritur.*
- 94 *Emptum à tutore cum pecunia minoris, communicatur cum minore, licet tutor proprio nomine emisset; Et quid si emptor non fuisset tutor, sed extraneus.*
- 95 *Quibus casibus res emptā communicari debet consocijs.*
- 96 *Emens rem antequam actione pro socio conueniatur, ut eam communique, illam legare possit, vel vendere.*
- 97 *Lucrum quod quis socio contradicente quesitum, precipuum negotiantis est, & illud communicare non tenetur.*
- 98 *Lucrum illicitum, proprie lucrum appellatur.*
- 99 *Lucrum ex delicto non communicatur.*
- 100 *Socius qui percipit lucrum illicitum à socio scienter, videtur se adstringere ad restitutionem, & ad pœnam.*
- 101 *Lucrum debet esse sine dolo.*
- 102 *Lucra acquisita per prauitatem vsurariam non communicantur.*
- 103 *Usurę de iure Diuino, & Canonico prohibetę sunt.*
- 104 *Lucra facta à Prędonibus non communicantur alijs.*
- 105 *Quesita in ludo, ex illicita causa censentur acquisita, vnde nec talia lucra socijs communicantur.*
- 106 *Non communicatur lucrum ab Hypocrita, per Hypocrisiam factum, & communicatum restituitur pauperibus.*
- 107 *Lucra illicita communicata potest socius, qui ea communicauit de Societate deducere si fuerit condemnatus ad illa restituenda.*
- 108 *Lucra vsurariorum, officialium, meretricum, & Aduocatorum an restituantur. Remissiuę.*
- 109 *Socius communicare non tenetur parua lucra.*
- 110 *Res casu, vel fortuna inuentę per vnum socium, non communicantur etiam si Societas fuerit occasio illius lucri.*
- 111 *Fallit in socijs omnium bonorum, quando tamen tale inuentum fiebat occupantis, vt thesaurus, & gemmę inuentę in litore maris; secus in rebus, quę occupantis non efficiebantur.*
- 112 *Colonus reperiens arando in fundo Thesaurum, lucratur dimidiam, alteram Domino fundi restituit.*
- 113 *Socius itineris, quicquid inuenit in itinere, consocio communicare tenetur.*
- 114 *Lucrum quod frater, vel socius acquirit ex officio non communicatur alijs.*
- 115 *Aduenticium peculium illud est, quod frater ex suis laboribus lucratus est.*
- 116 *Quasi castrense peculium est, quod percipitur in officijs ex publico.*
- 117 *Aduenticia non conferuntur.*

- 118 *Peculium quasi Castrense, ad instar Castrensis redactum fuit.*
- 119 *Castrensia fratribus non conferuntur.*
- 120 *Lucrum quesitum ex officio non communicatur fratribus, etiam si ipsi patenam hereditatem indiuisam tenerent.*
- 121 *Non communicantur lucra quesita ex officio, etiam si frater acquirens, substitutus fuisset ab alio fratre.*
- 122 *Imperitia vnus alteri obesse non debet.*
- 123 *Non communicatur lucrum quando socius cum promississet ponere in Societate tercentum, & socio ponenti operas dare lucrum integrum de centum, sibi reliqua detinendo, promissa deinde non adimpleuisset, sed posuisset in societate centum tantummodo. Tunc enim totum lucrum erit socij ponentis operas vigore conuentionis, fallit vt num. 128.*
- 124 *Conuenticio facta de partibus lucri, & damni seruanda est.*
- 125 *Pacta sunt seruanda.*
- 126 *Fallit quando aliquid noui accidit.*
- 127 *In Societate pars lucri attribuenda est pecunię.*
- 129 *Socius communicare non tenetur donatum sibi à Principe, vel ab alio.*
- 130 *Donum communicari debet consocio si fuit factum contemplatione Societatis & traditur quomodo cognoscatur an contemplatione societatis fuerit donatum nec ne.*
- 131 *Clericus non communicat lucra per eum facta, fratribus viuentibus ad vnum panem, & vinum.*
- 132 *Opinio Authoris in materia lucri Clericorum.*
- 133 *Lucrum acquisitum extra rem Societatis non communicatur socijs, quod etiam extenditur in heredibus.*
- 134 *Fallit quando nomini communi socius acquireret, nam tunc communicatur lucrum, licet extra rem Societatis quesitum fuisset.*

## CAPVT DECIMVM.

## De Lucro.

**D**E damno diximus supra in duobus proximioribus capitibus. Nunc de lucro conueniens est, vt despiciamus, de quo in l. mutius, ff. pro soc. habet esse id, quod superest omni damno deducto. Hoc idem etiam comprobatur Ioan. Lup. in rep. rubr. de don. int. vir. & vxor. col. 149. in prin. & Oinot. de Societ. in inst. lib. 3. n. 9. & seq. Dec. cons. 116. n. 5. & Bart. & Bal. in d. l. mutius. Et faciunt tradita per Ang. in sing. verb. lucrum, & per gl. fin. in l. per diuersas. C. mand. & not. per l. illud C. de collat. vbi lucrum dicitur id, quod superest deducta impensa, & labore personę, & æstimatione laboris personę, & Barth. Socin. cons. 265. incip. presentis par. 2. versic. secunda difficultat.